



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod quædam simul sunt peccata & pœna peccati: quæda[m] peccata &
causa peccati. Alia vero peccata & causa & pœna peccati. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

corruptio boni, quæ est in anima: est etiam priuatio vel corruptio boni corporis. Sicut corpus hominis priuauit beneficio illius immortalitatis & impassibilitatis, quam habuit ante peccatum.

An pœna sit priuatio boni. O

Quæri autem solet, Vtrum & pœna sit priuatio vel corruptio boni. Ad quod facile responderi potest, si prædicta ad memoriam reuocentur. Diximus enim supra, priuationem vel corruptionem boni accipi actiue vel passiuè, id est, secundum efficientiam vel effectum. Ideoque priuatio vel corruptio boni dicitur & peccatum & pœna: sed peccatum secundum efficientiam, quia priuat vel corrumpit bonum: pœna autem secundum effectum, id est, secundum passionem, quæ est effectus peccati. Aliud est n. culpa, aliud pœna: alterum est Dei, id est, pœna: alterum diaboli vel hominis, id est, culpa.

QVOD QVÆDAM SIMVL SVNT PECCATA & pœna peccati, quedam peccata & causa peccati, alia vero peccata, & causa, & pœna peccati.

DISTINCT. XXXVI. A

Sciendum est tamè quædam sic esse peccata, ut sint etiam pœnæ peccatorum: Vnde Aug. super illum locum psal. 57. Supercecidit ignis & non viderunt solem, ait, Ignis superbiæ & concupiscentiæ & iræ intelligitur. Istas pœnas pauci vident: ideo eas maxime commemorat Apostolus in epistola ad Romanos, & enumerat multa quæ peccata sunt, & pœna peccati. Inter primum n. peccatum apostasiæ & ultimam pœnam ignis æterni media quæ sunt, & peccata sunt & pœna peccati. Greg. quoque per Ezech. ait, Contemnenti qui non vult pœnitere ponit Deus offendiculum, ut scilicet, grauius impingat. Peccatum enim quod per pœnitentiam citius nõ deletur, aut peccatū est & causa peccati,

*Aug. vers.
8. psal. 57.
Cap. 1. d*

*Ro. II. ad il-
lud. i. zech.
8 Si autem
tu annuncia-
ueris iusto.*

Gg 5 aut

Ibi, Greg.
paulo infe-
rius.

Gen. 5.

Psal. 68.

Olea 4. a

Rom. 1. a.

2. Thes. 2. c.

aut peccatū & pēna peccati, aut peccatum simul & causa & pēna peccati. Vnde Moyses, Nondum sunt completa peccata Amorrhæum. Et David inquit, Appone iniquitatē super iniquitatē eorum. Et alius propheta. Sanguis sanguinē tetigit, i. peccatum peccato additum est. Paul⁹ quoq; ait, Propterea tradidit illos De⁹ in passiones ignominie, &c. Et itē, Vt impleant peccata sua semper. Iohanni quoq; per angelum dicitur, Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ex his testimoniis colligitur, peccatum aliquod & peccatum esse & pēnā peccati.

Ex predictis questio oritur. scilicet, an in quantum peccatum est, sit pēna peccati.

B

Aug. 10. 1.
li. 1. retract.

Et ideo merito queritur, Vtrum in quantum peccatum est, sit pēna peccati, Quod nō videtur, cum omnis pēna peccati iusta sit. Vnde Aug. in li. retractationum, Omnis pēna peccati iusta est, & supplicium nominatur. Si ergo peccatū q̄ est peccatum & pēna peccati, in quantum peccatū est, pēna peccati est, cum omnis pēna de iustitia Dei veniat, videtur in quantum peccatum est, iniustū esse, & à Deo puenire. Ad q̄ illi respōdēt, peccatū sic dici pēnā peccati, q̄a p peccatum in q̄ merito pcedētis peccati homo labitur, deserente Deo corrumpitur bona natura. Sicut ignis æternus dicitur pēna malorū, q̄a ea cruciatur, nec tamē ipse cruciatus malorum ignis est, sed per ignē fit in homine. Ita per peccatum corrumpitur natura, & imminuitur bonum nature: & est ipsa imminutio & corruptio boni, passio & pēna: & nō essentialiter ipsum peccatum, p quod fit: sed ideo peccatum dicitur, vt præmissum est, quia per peccatum ilico vt peccat homo, fit in homine illa corruptio, quæ tamē fit Deo auctore. Illa enim pēna siue passio, quæ est boni corruptio, à Deo est. Illi⁹ tñ (vt sic dicam) materia & causa est peccatum, q̄ à Deo non est. Quod videtur Au. notasse, & iuxta hunc sensū intellexisse,

tellexisse,